aliorum parte factorum splendor testatur; ut sanctus papa
scribit Gregorius; Unde ergo habet zizania · scilicet
professos secundum eam · sed recalcitrantes nec secundum
ipsam viventes; Quod quante sit veritatis · probacione
non eget; Nec hoc primum est nostris etatibus · sed
etiam longe priora ante nos secula testata sunt;
quoniam ante trecentos et quinquaginta annos · sci
licet tempore sancti Bernhardi et roberti primi abba
tis Cisterciensis · fervor vel puritatis eiusdem regule de
floruisse legitur; Ideo et ordo Cisterciensis · occasione hu
laxationis · sue institucionis sumpsit primordia; qui
utinam hodie apud omnes eiusdem ordinis professos
puritatis sue inicia conservaret; Causam huius nocive
superseminacionis zizanie in medio tritici non puto alia
fuisse et modo esse; nisi sicut dicitur in parabola a christo
dicta · scilicet dormicionem et inerciam pastorum et custodum
huius sancti seminis; Unde dicit; Cum dormirent ho
mines; venit inimicus homo et superseminavit
zizania in medio tritici; Et hanc non dubitandum
est fuisse et esse causam · cur pene omnis religio in sui
primitiva observancia non permansit; Non enim dabis
michi religionem aliquam · que florem sue prime
nativitatis immaculatum conservavit; Legimus in
libro Esdre primo quod manus principum fuit in trans
gressione hac prima; Cuius causa est fastus domi
nalis · affectio carnalis · ambicio secularis · volup
tas corporalis · libertas personalis · carencia correctionis